

## Quaeritus Physicorum

est ergo est in hoc instanti nec extra sequitur hoc non est in hoc instanti: ergo hoc non est nec enim sunt opposita esse et non esse in hoc instanti si primum intellegatur falsa est propositio que dicit quod nulla pars temporis est. si secundo est vera et eodem modo conceditur quod tempus non est. non enim est in hoc instanti nisi in anima et intellectu. Nulla predictarum respondentia est sufficiens non prima quidem quod primo sic per sumo aliquod tempus quod dicitur esse et sit a et sit eius pars preterita b et pars futura sit c. et instans continuans istas sit d cum sequitur a non sit alia res preter b c d. simul ut suppono aut si sit aliqua alia sit illa f. nec variatur propositum quoniam tunc a supponit pro eisdem pro quibus supponunt omnia illa simul arguitur sic a est igitur b c d sunt consequentia declaratae in simili inducendo nam sequitur hec dominus est igitur hic partes et hoc rectum et hoc fundamentum sunt demonstratis partibus illius dominus demonstrate. Similiter sequitur hic homo est igitur hoc corpus et hec anima sunt. Similiter in continuo sequitur hoc bicubitum est ergo hic cubitus et hic cubus sunt demonstratis illis qui sunt partes eius et universaliter a termino supponente pro aliquo toto ad omnes terminos supponentes pro partibus illius respectu esse existere est necessaria consequentia affirmativa et de presenti: sed ultra sequitur b. c. et d. sunt igitur b est et similiter sequitur c est et utrumque est falsum quoniam b est preteritum. et non est c est futurum et etiam non est. Confirmatur quia non obstante quod materia que erit pars antichristi actu est quia tamquam ei anima non est: quia antichristus supponit tam pro materia quam per forma bene sequitur anima antichristi non est igitur antichristus non est et ex pluribus causis hoc ipsum consequens esset verum et posset inferri si nec etiam materia esset ita in proposito ex pluribus causis vere dicetur a non est quod dicatur antichristus non est quod tamquam quilibet sane mentis concedit. Nec valet dicere quod hec vera sunt de permanentibus non autem de successivis tunc quia pari facilitate posset aliud dicere quod ita esset etiam de permanentibus et concedere quod aliqua dominus est cuius partes est preteritus et rectum est futurum et fundamentum est presens nechoc fortius quod id poterit reprobari: tunc quia pro qualibuscumque rebus termini supponant dum modo unum supponat precise pro eisdem pro quibus alio supponunt impossibile est de isto affirmare vere existere quod propositionem de inesse et presenti et ab illis negare. Quis econuerso non semper sit consequentia simplex ut puta quando nomen totius significat partes determinato modo se habentes verbis coniunctas vel componentes sicut hoc nomen homo significat animam et corpus in unicem componentes non sic autem eas significant nomina partium. Secundo contra eandem solutionem si nomine partis significetur aliquod tale compositum sequitur quod nullum tempus est presens: igitur nullum tempus est: prima consequentia per quod nulla presens dividitur in preteritum et futurum: unde Augustinus II. confessi. ait. quod si quid intelligitur temporis quod in nullis iam vel minutissimas momentorum partes dividit possit id solum est quod presens dicatur quod cum ita repente a futuro in preteritum transvolat: ut nulla morula extendatur: nam sic extenditur dividitur in preteritum et futurum presens aut nullum habet spaciū hoc ipse. Ex hac autem consequentia Augustini videlicet si aliquid tempo-

ris est presens ipsius est indivisiibile sequitur quod hec est vera nullum presens dividitur in preteritum et futurum et per consequētis nullum tempus est presens alioquin aliquod tempus non habet partem priorem et posteriorem. Secunda consequentia probatur si enim sunt futura et preterita voloscire ubi sunt et notum est quod utrumque sunt ibi sunt presentia: quia si futura sunt tamen non sunt.

Secundo arguitur ad idem si ad esse successivum sufficit aliquas partes esse preteritas et aliquas futuras sequitur quod aliquod totum constat partialiter ex his que nihil sunt. Item quod nichil est non potest alicui continuari: sed tempus preteritum nichil est: et non continuatur cum futuro. Dicendum quod illud quod aliquando fuit potest alicui continuari. Contra sequitur quod albedo corrupta posset continuari alteri. Item tempus preteritum nunquam potest esse presens ergo nichil constituit: nichil enim constituit et impossibilibus.

Tertio si ad tempus esse presens sufficeret continuaatio per instans sequeretur quod nunc essent mille anni presentes: quia totum tempus preteritum infinitum secundum philosophum continuatur cum tempore futuro. Item impossibile est tempus esse sine substantia: ergo non distinguitur ab ea sequentia: quod cum deus sit omnipotens libere agens ad extra sequitur quod se solo potest quamlibet rem immediate producere.

Quarto secluso tali accidente adhuc sor. potest velocius moueri quam plato et in minori tempore saltem a deo: ergo superfluum est ponere tale accidentis. Item tempus est accidentis vel est indivisibile vel indivisibile. Forte dicas quod dividitur ad subiecti divisionem sicut motus cuius est pars. Contra sequitur quod plura tempora sunt simul. Si dicas quod est indivisibile: et unum non continuatur alteri. Si dicas quod dividitur secundum prius et posterius et sic etiam continuatur. Contra posteritum specie distinguatur a presente: ergo non continuatur sibi.

Quinto arguitur ad idem vel omnia tempora sunt eiusdem speciei vel non si secundum: ergo in principio anni incipiunt infinita accidentia specie distincta scilicet annus mensis dies: et sic in infinitum dividendo. Item sequeretur quod nunc in celo essent infinita accidentia specie distincta et due quantitates scilicet annus dies et infinite partes eius. Item tempus posteritum quando erat presentis non distinguiebatur species a presente: ergo nec modo et hoc expresse dicit phys. 7. phys. t. c. 36. Si primum sequeretur quod hora posset tantum durare sicut annus: quia est eiusdem speciei. Item sequeretur quod predicamentum quando non esset genus: quia omnia tempora sunt eiusdem speciei: ergo et omnia quando quod relationes que sunt ad terminum eiusdem speciei sunt eiusdem speciei. Item corruptibile et incorruptibile differunt generice aliquod tempus est eternum et incorruptibile secundum phisim aliquod autem non igitur. Item tunc duo accidentia eiusdem speciei essent si in aliis codem in subiecto: quia dies et hora sunt nunc in celo. Itaque si annus distingueretur a celo: ergo ad preteritum est potentia: quia heri fuit verum dicere annus est. et tamen nunc deus potest facere quod iste annus nunc fuerit ponendo quod celum designat moueri et per id posset probari quod annus sit hora si de post primam horam annichilaret residuum temporis. Item tempus habet sub se speciem scilicet annus ergo